



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

4. Quomodo repugnandum sit hosti cùm impugnat molestijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

turis vtitur ad seruorum Dei impugnationem, solatium est quod serui Dei eisdem possint vti ad sui defensionem. Creaturæ enim incitant ad Dei timorem, amorem & laudem. Contra hoc quod serui Dei castrum cordis contra hostes inuisibiles habet defendere, quod maius est mundo, cum creatoris & creaturarum capax sit: solatium est, quod porta huius castri clausa, hostes non timentur. Hæc porta est intellectus, per quem noxia & salubria ad animam intrant. Hæc porta clausa est, cum intellectus salubri meditatio- ne occupatur. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. *Matth.6.*

Quomodo repugnandum sit hosti, cum impugnat molestiis, & cum impugnat delitiis.

CAPVT IIII.

Item notandum quod diabolus quandoque impugnat molestiis, quandoque delitiis. Cum impugnat molestiis, non est fugiendum. Bonæ enim sunt, & fugientes magis grauat. Mi-
ne Deus quid dicam, videns Israëlem hostibus suis terga vertentem? Sen. Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti ex aduerso. Salustius: Fugientes saepius videoas capi & occidi: fortissimum quemque, tutissimum. Bern. in epist. Sola causa qua perdere possis victori- am, fuga est. Fugiendo, illam poteris amitre, moriendo non potes. Et beatus es si pu- gnando moriaris: quia mox coronaberis: vix autem tibi, si declinando pugnam, perdis simul

Iosue 7.

*Epist. pri-
ma in fine
illius.*

simul & victoriam , & coronam. Idem: Over-
Epist. 1. cir- tuta pro Christo , & cum Christo pugna : in qua
ca finem il- nec vulneratus , nec prostratus , nec conculca-
lius. nec millies si fieri posset , occisus,fraudabe-
 ris à victoria: tantum ne fugias.Iacob.4.Resisti-
Epist. pri- te diabolo , & fugiet à vobis. Bernardus:Liben-
ma, parū à tius insequitur aduersarius fugientem , quān-
fine illius. sustineat repugnantem. Impugnatio quæ fit
 delitiis: vincitur fugiendo, 1.ad Corinth.6.Fu-
 gite fornicationem.

*Sex documenta quæ multum valent in
 pugna diaboli.*

C A P V T V.

ITem notandum, quòd sex sunt quæ in ha-
 pugna homini multum valent. Primum est
 vt tempestiuè arma accipiat. Aliqui tunc & pro-
 mo arma accipiunt, quando iam vulnerati sumi-
 Armorum acceptio , est ad tentationem præpa-
 ratio , excogitando modum resistendi tentatio-
 ni : quod ante temptationem est faciendum. Se-
 cundum est , vt ex ea parte qua debilior est ,
 magis à diabolo impugnatur , magis se munici-
 Si ad loquacitatem pronum se videat, magis ta-
 citurnitatem amplexetur. Tertium est, vt in lo-
 co vbi facilius potest resistere hostibus , resista-
 In loco alto & arcto debilis resistit forti : & pau-
 citas multitudini. In alto eminentis vitæ pone-
 re se debet: quod multis occupationibus faci-
 endum est angustum:vt hosti via non pateat. Ad
 portas etiam sensuum resistendum est hosti-
 Quartum est, vt inter eos qui sunt pro eo , & qui
 sunt